fisco [nostro] præcipimus addici. In monetis [1] etenim tantummodo nostris [2] cudendæ pecuniæ studium frequentari volumus: cujus obnoxii, majestatis [3] crimen committunt: & præmio [4] accusatoribus proposito, quicunque solidorum adulter [5] poterit reperiri, vel a quocunque fuerit publicatus, illico omni dilatione summota, flammarum [7] exustionibus mancipetur. Dat. Prid. Non. Jul. *Mediolani*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. IV. CONSS. 326.

Obreptitium rescriptum impetratum, non excusat a crimine læsæ majestatis. Bald.

3. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Rufino P. P.

SI quis super cudendo ære, vel rescripto [8] aliquo, vel [etiam] adnotatione nostra sibi arripuerit facultatem, non solum fructum propriæ petitionis amittat, verum etiam pœnam quam meretur, excipiat. Dat. 4. Id. Jul. *Constantinop.* THEOD. A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

TIT. XXV.

DE MUTATIONE NOMINIS [9].

Mutatio nominis non fraudulosa, libero homini est permissa. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Juliano.

SIcut in initio nominis [10], cognominis, prænominis recognoscendi singulos impositio libera est privatis: ita eorum mutatio innocentibus [11] periculosa non est. Mutare itaque nomen, vel prænomen, [sive cognomen,] sine aliqua fraude licito jure, si liber es, secundum ea, quæ [sæpe] statuta sunt, minime prohiberis: nullo ex hoc præjudicio futuro. S. 1. Kal. Jan. AA. CONSS.

TIT. XXVI.

AD LEGEM [12] JULIAM DE AMBITU [13].

Qui honores repetit, in legem ambitus incidit, & pœnam legitimam subit. Salic.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. Pompejano P. P. Africæ.

NUllus [14] omnino [15] principatum [16], vel numeratum seu commentariensis gradum, vel cætera [17] officia repetere [18] audeat: cum publicæ disciplinæ semel gesta sufficiant. At si quispiam promotorum denuo ad munus [etiam] per sacras litteras irreperit, quod ante docebitur gestisse [19]: cassatis quæ hoc modo sunt impetrata, ad solutionem debiti primitus urgeatur: & qui contra fecerint, pœnam deportationis [20] ad instar legis Juliæ ambitus] excipiant. Dat. prid. Kal. Jun. *Mediolani*, STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

TIT. XXVII.

AD LEGEM [20] JULIAM REPETUNDARUM [21].

Delinquentes in officio, ibi debent remitti puniendi: & ad quadruplum pecuniæ per se, vel per ministros receptæ tenentur. Salic.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Matroniano Duci & præfidi Sardiniæ.

UT [22] unius [23] pœna metus possit esse multorum: Ducem, qui male egit, ad provinciam, quam nudaverit, cum custodia competenti ire præcipimus: ut non solum, quod ejus non dicam domesticus, sed [24] manipularius & minister [25] acceperit: verum etiam quod ipse a provincialibus nostris reperit, aut fustuleriit: in quadruplum [26] exolvat invitus. Dat. Prid. Id. Jun. *Constantinop.* ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

Pœna pecuniaria delinquentis in officio transit in heredes. Salic.

2. Iidem AAA. Floro P. P.

SCiant [27] judices super admissis propriis, aut a se, aut ab heredibus [28] suis pœnam esse repetendam. Dat. Kalend. Septembr. ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

Judex corruptus pecunia, puniendus est hujus legis pœna. Salic.

3. Iidem AAA. Marcellino.

OMnes [29] Cognitores, & Judices a pecuniis, atque patrimoniis manus abstineant [30], neque alienum jurgium putent fuam prædam. Etenim privatarum quoque litium cognitor, idemque mercator [31] statutam legibus cogetur fubire jactu'am. Dat. Prid. Non. April. *Mediol.* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

Concussionem inferens, & processum venalem faciens, vel sententiam venalem proferens potest a quolibet accusari. Bald.

4. Iidem AAA. & ARCAD. A. Edictum ad provinciales.

JUbemus [32] [atque] hortamur, ut si quis forte Honoratorum, decurionum, possessorum, postremo etiam colonorum, aut cujuslibet ordinis, a judice fuerit aliqua ratione concussus: si quis scit venalem fuisse [33] de jure sententiam: si quis pœnam, vel pretio remissam, vel vitio cupiditatis ingestam: si quis postremo quacunque de causa improbum judicem potuerit approbare: is vel administrante eo [34], vel post administrationem depolitam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet: cum probaverit, & victoriam reportaturus, & gloriam. Dat. 10. Kal. Jul. *Constantinop.* HONORIO N. P. & EUDIO CONSS. 386.

Si procurator Cæsaris pecuniam extorquet a colonis, vel aliis sibi subditis, potest convenire intra annum a tempore depositæ administrationis, non postea. Salic.

5. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Severino Comiti rerum privatarum.

UNusquisque [35] procurator, præpositus gynæcio, tabularius, fusceptor, colonus, vel quicunque se a Comite [36] domorum memineri esse concussum: cum ipse, cui pecuniam numeravit, [ab] administratione decesserit, intra anni [37] spatium ad judicium Spectabilitatis tuæ, quidquid dederit, repetiturus occurrat: ut profit pensionibus quidquid ille reddiderit. Si vero ex tempore depositæ administrationis præfituti temporis curricula transfluxerint, nulla vox advocationis emergat: sed ipsos procuratores, præpositos, colonos, tabularios, fuscceptores, obnoxios ad solutionem volumus coartari. Dat. Prid. Non. Jun. *Mediolani*, VALENTINIANO A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 390.

Accedentes ad regendas provincias, debent juvare forma hic scripta. Salic.

6. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Florentio P. P.

SAncimus ejusmodi viros ad [38] provincias regendas accedere, qui ad honoris infignia non ambitione, vel pretio, sed probitate [39] vitæ, & amplitudinis tuæ folent teftimonio promoveri: ita fane, ut quibus hi honores per Sedis tuæ, vel per noftram fuerint electionem commiffi, jurati [40] inter gesta depromant, *Se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidquam, neque daturos unquam postmodum fore, sive per se, sive per interpositam [personam] in ivantion legis sacramentique: aut conditionis, donationisve titulo, aut alio velamento cujuscunque contractus: & ob hoc* (exceptis [solis] falariis) *nihil penitus tam in administratione positos, quam post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos.* Et licet *neminem* [41] *divini timoris*, contemnendo jusjurandum *arbitramur* [42] *immemorem: ut saluti propriæ ultium commodum anteponat:* tamen, ut ad salutis timorem etiam necessitas periculi subjungatur: si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modo adversus accipientem, sed etiam adverfus dantem [43] accufandi cunctis tanquam crimen publicum concedimus facultatem: quadrupli [44] pœna eo qui convictus fuerit, modis omnibus feriendo. Dat. 6. Kalend. Decembr. *Conftantinop.* THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XXVIII.

DE CRIMINE PECULATUS [45].

Pecunias publicas suscipientes, & qui ministerium tunc, vel postea præbuerint, pœna capitali puniuntur. Salic.

1. Imppp. HONOR. THEOD. & [46] ARCAD. AAA. Rufino P. P.

JUdices qui tempore adminiftrationis publicas pecunias fubtraxerunt, lege Julia peculatus obnoxii funt, & capitali [47] animadverfioni eos fubdi jubemus. His quoque nihilominus, qui miniftèrium eis ad hoc adhibuerunt, vel qui fubtractas ab his fcientes fufceperunt, eadem pœna percellendis. Dat. 5. Non. Martii, *Conftantinopoli*, HONOR. X. & THEODOS. V. AA. CONSS. 415.

TIT. XXIX.

DE CRIMINE SACRILEGII [48].

Errans in articulis fidei punitur ut sacrilegus. Salic.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

QUi [49] divinæ legis [50] fanctitatem [51], aut nefciendo omittunt, aut negligendo violant, & offendunt [52], facrilegium commitunt. Dat. 3. Kal. Mart. *Theffalonicæ*, GRATIANO A. V. & THEODOSIO A. I. CONSS. 380.

1 Moneta, locus in quo moneta cuditur. 2 In monetis tantum regiis pecunia cudi potest. 3 Falsitas monetæ, crimen majestatis. adde 2. *Feud.* 56. *in moneta.* 4 Præmia accusatoribus interdum proponuntur. l. 5. C. *Theod. h. t.* 5 l. 1. *vers. accusatoribus.* ff. h. t. 6 Solidorum adulter. 7 Pœna adulteris monetæ propolita, ignis. *ut hic*, manuum amiffio. *Eccl. d. loco. tit.* 60. c. 1. *in pr.* Harm. *d. loc.* In Gallia aqua oleoque fervente, five bulliente fuffocantur. Vide Clar. 5. *fent.* 6. *Falsum, vers. dixi.* De ignis fupplicio dixi ad l. un. ff. *de Nili aggerib.* 8 l. 9. C. *Th. h. t. Ecl. d. loco.* c. 1. *in fin.* facit l. 6. 9. 1. ff. *ad l. Jul. pecul.* 9 l. 13. ff. *ad l. Corn. de falsis.* Paul. 5. *fent.* 25. §. 10. 10 Vide l. 4. *supr. de teftam.* 11 l. 20. ff. *ad l. Corn. de falsis.* 12 *Ambitionem* Judicum hæc lex coercet. 13 L. 9. C. *Th.* 26. dixi ad L. 48. D. 14. 14 l. 21. C. *Th. h. t.* 15 Principes officiorum & alii beneficiarii, eadem officia repetere & continuare prohibentur, antequam rationes reddiderint. 16 Principatus ὁ ἔπαρχος τῆς πόλεως: Quid hic fit, vide l. ult. ff. ut *Rusticani ad nullum obsequium, libro* II. *tit.* 54. 17 V. l. 6. §. *de assessoribus.* 18 Ambitio eft ante redditus officiorum rationes eadem officia repetere atque continuare. 19 Vide l. 12. ff. *de suffragiis.* lib. 10. tit. 70. 20 Avaritiam Judicum hæc lex coërcet. 21 L. 9. C. Th. 27. dixi ad L. 48. D. 11. Superiore titulo magiftratuum ambitus, hoc vero tit. magiftratus & Judicum avaritia, qui a privatis pecunias accipiunt, coërcetur, ut & fequentibus, qui ex publico. 22 l. 3. C. *Theod. h. t.* 23 l. 31. *in fin. pr. ff. depositis.* 24 l. 1. §. ff. *h. t.* 25 Qui & ordinarius. dixi ad *Novell.* 20. 26 l. ult. *in fin.* ff. h. t. l. 3. *supr. de assessoris.* vide Cujac. *ad Novell.* 8. 27 L. 4. C. Th. 10. 28 Lex repetundarum datur in heredem ejus, qui repetundarum arguitur, etiamfi lis non fit conteftata cum defuncto, *ut hic. l.* 2. ff. h. t. At de eo quod pervenit ad heredem actio perpetua eft. l. 2. ff. h. t. l. 14. ff. *ad l. Jul. peculat.* 29 l. 5. C. *Theod. h. t.* 30 Vide Cujac. 6. *obf.* 18. *in fin.* Petr. Greg. 36. *fyntagm.* 28. *num.* 3. 31 *Litium mercator*: fic apud Lampridium in Alexandro *mercator potestatum.* 32 l. 6. C. *Theod. h. t.* vide Cujac. 6. *obferv.* 30. 33 Vide l. 7. §. *quando provocare.* 34 *Novell.* 80. c. 2. *Nov.* 86. *Nov.* 87. c. 4. 35 l. 7. C. *Theod. h. t.* 36 Comes domorum in Cappadocia erat fub Comite rerum privatarum, fub eo procuratores, præpofiti gynæcea, fufceptores, tabularii, coloni. Hi Fifco fi non inferant penfiones, quod dicunt fibi pecunias acceptas a comite domorum, intra annum id probare & pecunias repetere debent; quod fi non fecerint, nihilominus conveniuntur a Fifco. Tentari poteft adversus comitem repetitionem, id eft, actionem repetundarum, perfeveraree etiam poft annum, id eft, perpetuam effe, & hanc legem eo tantum fpectare, ut offendat, eis ea ratione anni inducias dari. 37 Quid 2 repetundarum actio eftne annalis? an potius perpetua? perpetua eft: excepto eo cafu, de quo fuperius diximus. 38 l. 2. C. *Theod. h. t.* 39 Vide l. 1. 3. *de off. magistr. off.* 40 *Nov.* 8. c. 7. vide Petr. Gregor. 36. *Syntagm.* 28. n. 36. 41 *divi. Nov.* Præfumitur pro juramento. Alciat. 3. *præsumpt.* 16. 42 Præfumitur nemo moriens immemor falutis vitæ æternæ. Vid. Alc. 1. *præsumpt.* 39. & 3. unde colligunt, mortientis confeffiones, fcripturas, refponfa evidentius probare, quam aliorum: cum in extremis conftituti, non præfumuntur immemores celeftis vitæ, quod videlicet vitæ æternæ, judicioque divino proximos fe videant. vide Medicæum *tract. de morte.* 43 Si accipere turpe, dare quoque turpe eft. Vide *Nov.* 8. *cap.* 8. §. 1. l. 31. *in fin.* ff. *de epifc. & cler. Nov.* 123. *cap.* 2. 44 *d. Novell.* 8. *cap.* 7. *in fin.* 45 L. 9. C. Th. 28. dixi ad L. 48. D. 13. id eft, pecunis publicis interceptis. 8. 9. *Inft. de publ. jud.* 46 Indifcendum hoc *Arcadii* nomen. 47 l. 1. C. *Theod. h. t.* capitali & vitæ, l. 5. *Cod. Theod.* adde l. *Jul. repet.* interdictioni aquæ & ignis, deportationi, l. 3. l. 10. *in fin.* ff. h. t. 5. 9. *Inftit. de publ. jud.* Olim multa cum infamia, d. l. quæ pœna reduciur, *Novell. Leon.* 102. conftituta pœna duplii. 48 Dixi ad L. 48. D. 13. Paul. 5. *fent.* 19. l. 1. ff. *ad lex. Jul. majest. lib.* 6. Harm. 5. *cap. περὶ ἱεροσύλων.* Clar. 5. *fent.* 6. *Sacrilegium.* Sacrilegos excommunicari, non tamen ipfi Jure, refert Socinus *regul.* 33. quem vide. 49 l. 24. C. *Theod. de epifcop. eccl. & cler.* 50 Sacrilegi dant pœnas, quamvis nemo utpote ad deos manus porrigat. Seneca 5. *de benef.* 14. 51 Fides divinæ legis fanctitas. 52 Confundunt, fic Græci συγχέουσι.

2. * Qui [1] confugientem ad fanctam eccleſiam ſua auctoritate abſtraxerit, verberatus, & tonſus deportator.

Præſumitur dignus, qui eſt electus a Principe. Bald.

1. Iidem AAA. ad Symmachum P. U.

DIſputare [2] de [3] Principali judicio non oportet: facrilegii enim inſtar eſt, dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit Imperator. Dat. 5. Kalend. Jan. *Mediolani*, RICHOMERE, & CLEARCHO CONSS. 384.

In propria provincia quis non debet administrationem assumere, nisi ex certa scientia sibi concedatur a Principe. Salic.

4. Iidem AAA. & ARCAD. A. Eutropio P. P.

NEc [4] quis ſine ſacrilegii [5] crimine deſiderandum intelligat gerendæ ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis [6] officium intra [7] eam provinciam, in qua provincialis, & civis habetur: niſi hoc cuiquam ultronea liberalitate per divinos aſſatus Imperator indulgeat. Dat. 16. Kalend. Auguſt. ARCADIO A. & BAUTONE CONSS. 385.

TIT. XXX.

DE SEDITIOSIS [8] ET DE HIS [9], QUI PLEBEM CONTRA REMPUBLICAM AUDENT COLLIGERE.

Suscipiens populum contra rempublicam, gravissime est puniendus. Salic.

1. Imppp. GRATIANUS, & VALENT. & THEODOS. AAA. Florentio PF. Auguſtali.

SI quis [10] contra evidentiſſimam juſſionem, ſuſcipere plebem [11], & adverſus publicam diſciplinam defendere fortaſſe tentaverit, multam graviſſimam ſuſtinebit. Dat. 13. Kalend. Jan. *Conſtantinop.* RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

Provocans tumultum & clamorem in populo, debet movi pœna seditionis. Bald.

2. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

IN [12] nullis locis aut civitatibus tumultuoſis clamoribus [13] cujusquam interpellatio contumelioſa procedat, nec ad ſolam cujusquam invidiam petulantia verba jactentur: ſcituris his, qui hujusmodi voces emiſerint, moverintque tumultus, ſe quidem fructum ex his, quæ poſtulant, nullatenus habituros, ſubdendos autem pœnis iis, quas de ſeditionis [14], & tumultus auctoribus vetuſtiſſima decreta ſanxerunt. Dat. 2. Non. Martii, *Conſtantinop.* LEONE A. VI. CONS. 474.

TIT. XXXI.

QUANDO [15] CIVILIS ACTIO CRIMINALI PRÆJUDICET, ET AN UTRAQUE AB EODEM EXERCERI POSSIT.

In criminalibus publicis & privatis civilis intentata de re familiari non tollit criminalem, nec e contra. Salic.

1. Imppp. VALENS, & GRATIAN. & VALENTIN. AAA. Antonio P. P.

APlerisque [16] Prudentium generaliter definitum eſt, *Quoties* [17] *de re familiari & civilis & criminalis competit actio, utraque licere experiri: ſive* [18] *prius criminalis, ſive civilis actio moveatur:* [*nec ſi civiliter fuerit actum, criminalem poſſe conſumi:*] & ſimiliter e contrario. † Sic denique & per vim [de] poſſeſſione dejectus, ſi de ea recuperanda interdicto, *Unde vi* fuerit uſus, non prohibetur tamen etiam lege Julia de vi, publico judicio inſtituere accuſationem. Et ſuppreſſo teſtamento, cum ex interdicto de tabulis exhibendis fuerit actum, nihilominus ex lege Cornelia teſtamentaria poterit crimen inferri. Et cum libertus ſe dicit ingenuum, tam de operis civilibus, quam etiam lege Viſellia criminaliter poterit peruergeri. Quo in genere habetur furti actio, & legis [19] Fabiæ conſtitutio: & plurima alia ſunt quæ numerari non poſſunt: ut cum altera prius actio intentata ſit, per alteram quæ ſuppereit, judicatum liceat retractari. † Qua juris definitione non ambigitur, etiam falſi crimen, de quo civiliter jam actum eſt, etiam criminaliter eſſe repetendum. Dat. Prid. Kalend. Januar. *Trev.* VALENTE VI. & VALENTINIANO II. CONSS. 378.

TIT. XXXII.

DE CRIMINE EXPILATÆ [20] HEREDITATIS.

Post aditam hereditatem & apprehensam possessionem cessat hoc crimen. Salic.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Euphratæ.

EXpilatæ [21] quidem hereditatis crimen intentare non potes, quando communis arcæ rebus infpectis claves [22] traditas coheredi profiteatis. Sed cum de his exhibendis apud Judicem quæretur, rationem compenſationis induci non oportuit. Exhibitis enim quæ deſiderantur, ſuis judicibus directa quæſtio relinquenda eſt. PP. 12. Kalend. Maji, ANTON. A. II. & GETA II. CONSS. 206.

Privignus potest agere contra vitricum crimine expilatæ hereditatis. Bald.

2. Imp. ANTONINUS A. Primo.

EXpilatæ hereditatis crimen adverſus vitricum [23] adito Præſide provinciæ non prohiberis perſequi. PP. 7. Kalend. Mart. LÆTO II. & CERIALE CONSS. 216.

Reverentia noverca non facit hoc crimen silere, quando de alia quam de mariti agitur hereditate. Salic.

3. Idem A. Helenæ.

SI avi hereditatem adiiſti, expilatæ hereditatis crimen adverſus [24] novercam quondam tuam experiri non prohiberis [25]. PP. 3. Non. Jan. SABINO, & ANULINO CONSS. 217.

Uxor defuncti non potest convenire ab herede crimine hereditatis expilatæ, sed res, & fructus existantes possunt vindicari, & consumpti possunt condici. Salic.

4. Imp. GORDIANUS A. Baſſo.

ADverſus uxorem [26] (quæ ſocia [27] rei humanæ, atque divinæ domus [28] ſuſcipitur) mariti diem ſuum functi ſucceſſores, expilatæ hereditatis crimen intendere non poſſunt. Et ideo res, quas per eandem abeſſe quereris, competenti in rem actione, vel ſi dolo malo fecerit, quo minus res mobiles poſſideret, ad [29] exhibendum perſequere. Fructus autem rerum, quas mala fide tenuit, licet expilatæ hereditatis non teneatur crimine, ſuos non facit, ſed exſtantes [30] quidem vindicari, conſumptos vero condici [31] poſſe proculdubio eſt. PP. 16. Kal. Mart. ATTICO, & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Legata non minuuntur, licet hereditas expiletur. Salic.

5. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Simplicio.

OBtentu expilatæ hereditatis emolumentum legatorum, maxime ſuſpenſa cognitione, legatariis iisdemque libertis [32] defuncti auferri non oportet. PP. 15. Kal. Febr. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

Hæc accusatio est subsidiaria. Salic.

6. Iidem AA. & CC. Baſilidæ.

EXpilatæ hereditatis crimen loco [33] deficientis actionis intendi conſueviſſe, non eſt juris ambigui. PP. 10. Kal. Mart. ÆMIL. & AQUIL. CONSS. 250.

TIT. XXXIII.

VI BONORUM [34] RAPTORUM.

Actio vi bonorum raptorum habet locum pro vi illata in rebus mobilibus tantum. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Valerio.

VI bonorum raptorum actionem, quæ cum [35] pœna ſua retrahit ablata: potius ad mobilia, moventiaque [36], quam ad [37] fundos per injuriam occupatos ſpectare exploratı juris eſt. PP. Kalend. Mart. ATTICO, & PRÆTEXTATO CONSS. 241.

Heres donatoris a donatario asserre res non potest. Bald.

2. Impp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Longino.

SI res mobiles [38] quarum in te fuerat dominium perfecta donatione translatum, violenter heres donatricis abripuit, vi bonorum raptorum actionem intra annum quidem quo experiundi poteſtas fuit, in quadruplum [39]: poſt annum in ſimplum intendere non vetaris. PP. 7. Maji, SECULARI, & DONATO CONSS. 261.

Etiam rapiens res sibi obligatas, intra annum tenetur ad quadruplum. Salic.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Euelpiſto.

REs obligatas [40] ſibi creditorem vi rapientem, non [41] rem licitam facere, ſed crimen committere convenit, cumque etiam vi bonorum raptorum intra annum utilem in quadruplum [42], poſt, ſimpli actione conveniri poſſe, non ambigitur. S. 7. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. CONSS.

De raptis a servo dominus ignorans tenetur noxaliter ad quadruplum intra annum. Salic.

4. Iidem AA. & CC. Attalo.

DE his quæ ſervus alienus neſciente domino vi rapuiſſe dicitur, intra annum in quadruplum [43] vi bonorum raptorum, & poſt in ſimplum dominus ejus noxali actione apud competentem judicem conveniri poteſt. S. 2. Kal. Maji, *Heraclīæ*, AA. CONSS.

Venditionem vel raptæ possit dominus ratam habere, & agere ad simplum: vel improbare, & agere vi bonorum raptorum ad quadruplum. Salic.

15 Vide l. 16. *supr. ad l. Corn. de falsis.* Clar. 5. *sent.* 5. *ult. q.* 2. & 9. *Cod. Theod.* 20. *ubi etiam civiliter agere criminaliter posse*: adde *tit. de ordine judiciorum.* 8. 16 l. un. C. *Th. h. t.* 17 l. 4. ff. *de public. jud.* observa regnitam, l. 14. ff. *de accusat.* l. 60. ff. *de obligat. & act.* 18 Vide Cujac. 5. *obferv.* 15. 19 Vide Cujac. *ad hanc locum* 20. *obferv.* 26. In ea 20 Dixi ad L. 47. D. 19. 21 Vide ad hanc *lex.* Cujac. 20. *obferv.* 27. 22 Clavibus arcæ communis focio traditis, focius rei dominum adquirit, vide l. 2. *supr. de pericula & comm. l.* 74. ff. *de contr. empt.* 23 1 C. *Eclog.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 29. C. 8. *public l.* 3. ff. h. t. 24 De fic eadem ratio, quæ virtei in l. 2. ff. h. t. 25 Imo prohiberis. l. 33. ff. *de negot. gest.* 26 l. 5. ff. h. t. l. 1. ff. *de vitu nupt.* l. 1. ff. *rer. amot.* 27 Dixi ad leges 12. tabul. *tit.* 2. *tit.* 17. & 3. vide Forcer. 10. *Cap. cap.* 5. 28 Divinæ domus focietas hic nihil aliud, quam religionis & facrorum focietas. vide l. 1. ff. *de vitu nupt.* 29 l. 2. in fin. ff. h. t. 30 Vide l. 22. *supr. de rei vind.* 31 Vide l. 3. *supr. de dand. ex leg.* 32 l. 23. ff. *de fideic. libert.* 33 l. 2. ff. h. t. vide l. 3. *supr. familiæ.*

34 Dixi ad *Lib.* 47. *D.* 8. 35 Pœna vi bonorum raptorum, tripli eſt. Præter pœnam res reſtituitur. *pr. inſt. h. t.* 36 l. 2. ff. h. t. l. 1. §. 32. l. 14. *in fin.* ff. *de ve & ve.* 37 Vid. quæ dixi ad l. 1. *in fin.* ff. *de furt. in verbo fer.* 38 l. 1. *supr. h. t.* 39 Vide l. 4. ff. h. t. 40 l. 2. §. 18. *in fin.* ff. h. t. 41 Imo rem licitam. l. 55. ff. *de furtis.* 42 Vid. d. l. 4. 43 l. 2. *in fin.* l. 3. *in fin. supr.* l. 5. ff. h. t. ff. & gr. *Inst.* h. t. *verb. quadruplī.*

5. Iidem AA. & CC. Domnæ.

SIve negotiorum gestorum contra novercam [1] tuam, sive actione vi bonorum raptorum (quæ in quadruplum [2] intra annum utilem, ac post in simplum constituta est) putaveris agendum: notione Præsidii poteris experiri. S. 6. Non. Jul. *Philippopoli*, AA. CONSS.

TIT. XXXIV.
DE CRIMINE STELLIONATUS [3].

Dissimulanter rem aliquam pignorans pluribus successive tenetur crimine stellionatus. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Alexandro.

IMprobum quidem & criminosum fateris, easdem res pluribus [4] *pignoravisse*, [dissimulando] in posteriore obligatione, quod eædem aliis pignori tenerentur. Verum securitati tuæ consules [5], si oblato omnibus debito, criminis instituendi causam peremeris. PP. 5. Id. Februar. POMPEJANO & PELIGNO CONSS. 232.

Etiam rem filii donatam, si pater obligat ignoranti, tenetur crimine stellionatus. Bald.

2. Imp. GORDIANUS A. Valenti.

SI pater tuus in te donationem contulerit, & cum emancipatus esses, traditionibus [6] dominium corporum in te transtulit, posteaque creditores fortitus, quasdam earum rerum sine voluntate tua velut proprias suas obstrinxit, jus tuum non læsit. Nec tamen injuria stellionatus crimine petetur, cum sciens [7] alienam rem, te non consentiente, velut propriam suo nexuerit creditori. PP. 2. Kal. Jan. GORDIANO, A. & AVIOLA CONSS. 240.

3. Idem A. Hadriano.

STellionatus accusatio inter crimina publica [8] non habetur. PP. Idib. April. ATTICO, & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

Crimen committit, qui rem obligatam priori obligat secundo ignoranti: vel qui animo decipiendi creditorem cum alio fingit anteriorem obligationem. Salic.

4. Imp. PHILIPPUS A. Euprepio.

IGnorantia creditoris, cui [9] res pridem apud alios obligatæ, pignoris, sive hypothecæ jure obligantur, non sine periculo capi consuevit. Etenim hujusmodi fraudes ad extraordinariam criminis executionem spectare, ac stellionatus commissum severissime [10] esse vindicandum sæpe rescriptum est: Proinde sive ignorantiam tuam debitor circumvenire [11] tentaverit, sive obligatione rite perfecta, participato fraudis consilio, per subjectam quasi anteriorem [12] personam dispendium tuum ad occultum compendium suum [trahere] pertentat, adire suum judicem potes, congruentem juri, ac debitæ religioni sententiam relaturum. PP. 6. Idib. Maji, PEREGRINO, & ÆMILIANO CONSS. 245.

TIT. XXXV.
DE INJURIIS [13].

Servo *alieno injuriam facere non licet.*

1. Imp. ALEXAND. A. Syro.

NEc servis quidem alienis licet [14] facere injuriam. PP. 11. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De marito, & patre affecto injuria.

2. Idem A. Clavo.

INjuriarum actio tibi duplici [15] ex causa competit cum & maritus [16] in uxoris pudore, & pater [17] in existimatione filiarum propriam injuriam pati intelligantur. PP. prid. Id. Maji, AGRICOLA, & CLEMENTE CONSS. 231.

Delator *appellatus si quis fuerit.*

3. Imp. GORDIANUS A. Donato.

SI non ex nunciator, vereri non debes, ne ea propter quod injuriæ faciendæ gratia quidam te veluti *delatorem* [18] esse dixerunt, opinio tua maculata sit. Quinimo adversus eos, qui minuendæ opinionis tuæ causa aliquid confecisse comperientur, more solito injuriarum judicio experiri potes. PP. 2. Id. Julias, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Sacerdoti *in habitu, & ornamento sacla injuria.*

4. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Vindio.

ATrocem [27] fine dubio injuriam esse factam manifestum est, si tibi illata est cum [20] esses in Sacerdotio [21], & dignitatis habitum [22], & ornamenta præferres: & ideo vindictam potes eo nomine persequi. PP. 2. * ÆMILIANO & BASSO CONSS. 260.

Veritas *a calumnia excusat*: Anno *actio injuriarum præscribitur.*

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Victorino.

SI non [23] convicii consilio [24] te aliquid injuriosum dixisse probare potes: fides [25] veri [26] a calumnia te defendit. † Si autem in rixam inconsulto [27] calore prolapsus homicidii convicium objecisti, & ex eo die annus [28] excessit: cum injuriarum actio annuo tempore præscripta sit, ob injuriæ admissum conveniri non potes. PP. 6. Id. Jul. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

Patronus vel ejus heres injuriam liberto facere non potest. Salic.

Libertis *a patrono injuria fieri non debet.*

6. Iidem AA. & CC. Flaviano.

CUm nec patronos [29] injuriam facere libertis juris æquitas permittat, proponasque patronæ heredes eum, qui libertatem a defuncta acceperat, injuriis [30] afficere: curabit Præses provinciæ contumeliam heredum compescere. PP. Id. Jul. ipsis IV. & III. A. 290.

Hoc crimen est privatum. Salic.

7. Iidem AA. & CC. Potentiano.

INjuriarum causa non publici judicii, sed privati [31] continet quærelam. S. Id. Febr. *Sirmii*, AA. CONSS.

Pro atroci injuria in personam servi illata, dominus potest agere civiliter & criminaliter ad vindictam. Salic.

Servi *injuriati nomine dominus agit.*

8. Iidem AA. & CC. Martiano.

DOminum pro atroci injuria quam servus ejus passus est, Edicti perpetui actione proposita, qua damni [32] etiam haberi rationem verbis evidenter exprimitur, agere posse convenit. S. 15. Kal. Nov. AA. CONSS.

Qui liberum dicit servum, insamandi causa, tenetur injuriarum, nisi sic esse faciat pronunciari. Salic.

Servum *liberum vocans injuriarum tenetur.*

9. Iidem AA. & CC. Nonnæ.

QUi liberos infamandi gratia dixerint *servos* [33] injuriarum [actione] conveniri posse, non ambigitur. S. 6. Kalend. Decembr. *Nicomediæ*, AA. CONSS.

Dicens alicui verba injuriosa per viam judicii, si desistit a procedendo, potest injuriarum conveniri. Bald.

10. Iidem AA. & CC. Paulo.

SI quidem aviam tuam ancillam [34] (infamandi causa) Reipublicæ civitatis Comanensium [35] dixit Zenodorus ac recessit: injuriarum actione statim conveniri potest. Nam si perseveret in ea causa facultatem habens agendi, super hac re deferri querelam, ac tunc demum, si non esse serva fuerit pronunciata, postulari convenit. S. 15. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Causam injuriarum civilem, vel criminalem, tam active quam passive possunt illustres per procuratorem exercere. Salic.

De personis Illustribus.

11. Imp. ZENO [36] A. Alexandro viro illustri.

SI quando injuriarum actio (quam inter privata [37] delicta veteris juris auctores connumerant) [a] quibuslibet Illustribus viris militantibus, seu sine cingulo constitutis, vel uxoribus eorum vel liberis masculini sexus, vel filiabus (superstitibus videlicet patribus aut maritis illustribus) vel si adversus aliquam hujusmodi personam criminaliter forte movetur, ipsos quidem qui super injuria queruntur inscribere: aliaque omnia quæ in hujusmodi cautis de more procedunt, solenniter observare decernimus: licere [38] autem Illustri [39] accusatori, vel reo, vel uxori, vel liberis masculini sexus, seu filiæ itidem Illustris superstitis, causam injuriarum [40] in quocumque judicio competenti per procuratorem criminaliter suscipere, vel movere: sententiam Judice contra eum qui procuratorem dederit (etsi ipse non adesset judiciis, sed causam per procuratorem diceret) legibus prola-
turo: ita tamen, ut nullus alius idem sibi audeat vindicare, vel a nostro numine postulare: sed in cæteris mos judiciorum [41], qui hactenus obtinuit, in posterum fervetur intactus. Dat. 5. Non. Novemb. *Constantinop.* Illo VR C. CONS. 478.

1 Adversus novercam negotiorum gestorum & vi bonorum raptorum agi potest, *ut hic*, & cyclope bereditatis. 2 Vide *l. 2. supr. h. t.*

3 Dixi ad *L. 47. D. 20.* 4 Si res eadem pluribus pignorata. 5 Pœnitentia plerumque purgatur delictum. vid. *l. 65. ff. de furtis. l. 20. ff. de pactis.* vide Cujac. 13. *observ.* 21. Hotom. 3. *observ.* 4. 6 *l. 16. §. 1. ff. de pignorat.* vide Menoch. 2. *de arbitr. jud. casu* 38. 7 *l. 1. ff. h. t. l. 3. ff. de extraord. crim.* 8 *l. 30. in fin. ff. de pign.* 9 Stellionatus severissime vindicantur. 10 Vid. Cujac. 13. *observ.* 21. *in fin.* 11 Vid. 12 Gallis *antidata.*

13 Dixi ad *L. 47. D. 10.* 14 Si spectemus servi dominium; alias servis nulla fit injuria jure Romano. 9. 3. *Inst. h. t.* adde *l. 1. §. 3. l. 15. §. 34. ff. h. t.* 15 *l. 1. in fin. l. 30. in fin. ff. h. t.* 16 *d. l. 1. §. 3. & §. ult. l. 18. in fin. ff. & §. 2. Inst. h. t.* 17 *d. §. 3. & §. ult. d. l. 18. d. §. 2.* 18 Delatoris nomen turpe est, ideoque injuriarum teneatur, qui alium delatorem appellat. 19 *l. 7. in fin. l. 8. l. 9. ff. ti. §. 9. Inst. h. t.* 20 Crescit injuria ex tempore. *l. 16. §. 1. ff. de pœnis.* 21 Dicitur ad *l. 15. §. 3. ff. de pœn.* 22 *l. 9. ff. h. t.* Præsumitur dolus, quoties aliquid de genere prohibitorum, id est, quod legibus prohibitum fit, vel moribus, admittitur: vide tamen Socin. reg. 92. fic verba injuriosa animo convicianti probata fuisse præsumimus, eo tamen casu purgationis juramentum, causa cognita, deferri potest: habita nimirum ratione personæ, quæ injuriosis natura tam verbis ista est: veluti si persona propinqua, si ætate senili, si imperium juste aliquod habens talibus verbis sua fuerit, vide Gallium 2. *observ.* 106. Gom. Adde Mascard. *de probat. conclus.* 902. *num.* 4. *& seq.* Anl. 24 *l. 3. §. 1. ff. h. t. l. 41. in fin. ff. ad l. Aquil.* adde *l. 10. §. 2. l. 13. ff. de furtis. §. 7. Inst. de oblig. ex delictis. l. 1. supr. ad l. Corn. de sicar. l. 1. §. 8. ff. de inspiciendo ventr.* Quid si quis protestatione habita, vel fecuta, convicium alicui dixerit? teneatur injuriæ. Protestatio enim facto contraria non excusat, maxime si factum ipsum protestatione potenius, id est, gravius est. *vide l. 21. ff. de adquir. vel omitt. hered.* 25 Fides veri & innocentiæ maximam habet fecuritatem. vid. Roland. a Valle 1. *cons.* 54. 26 Veritas convitii an excuset in injuriantem five conviciantem, vide Cujac. 13. *observ.* 21. *Purpuregenet. in fin.* Ira an a delicto excuset, vid. Clar. *§. pœn. §. injuria, in fine, & ex libr. §. ult. n.* 68. *n.* 4. 28 Injuriæ actio anno tollitur, *l. 17. §. ult. ff. h. t.* vide Bellovisan. 1. *cap.* 3. *num.* 11. Clar. *§. fin. §. injuria.* Injuriæ, inquam, verbalis, at non realis & scriptæ lex libello, scripturave propotite. Cum enim duret & continuetur hujusmodi injuria: anno tolli non debet, & ita fervari in Camera Spirensi, notat Gailius 2. *observ.* 204. Quid annus in actione injuriarum, diftus *Ecclesiæ* 45. *de conclusione actor.* 2. *Dinor.* 1. Cellium Rhodiginum 14. *cap.* 29. 29 *l. 7. §. 2. ff. h. t. l. 10. §. 12. ff. de in jus vocand.* 30 Atrocibus fcilicet, *d. §. 2. d. §. 12.* 31 *l. ult. ff. h. t.* 32 *l. 15. §. 36. ff. h. t.* 33 Liber fine injuria fervus appellari non potest. Injuria eft libero, fervum appellari. 1. 10. *infr. l. 11. §. ult. l. 12. ff. h. t. l. 32. supr. ff. l. 39. §. 1. ff. de furtis.* 34 Dixi ad *l. 9. supr. h. t.* 35 *Comensium.* Hal. alii legunt *Comanensium.* 36 Fit hujus conftitutionis mentio in §. 10. *Inst. h. t.* 37 Injuria privatum eft delictum. *l. 7. §. h. t. l. 42. §. 1. ff. de procuratoriis.* 38 Viri illuftres, ordinarii, vel honorarii de injuria criminaliter agere & excipere per procuratorem poffunt, *ut hic, & l. 25. supr. de procuratoribus.* (Idem epifcopis & presbyteris tribuitur. perfona nonnisi cum fint condemnatio. Alia injuriarum accufatio non fit per procuratorem. *d. §. 10.* Hinc illud, *injuriarum non nisi præsentes accusare possunt.* Paul. *l. sentent.* 4. 39 Imo idem alii conceditur. *d. l. 42. §. 1. ff. de procurator.* 40 Specialiter illuftribus hoc datum eft in causa injuriarum. Nam criminaliter nemo agit per procuratorem. *l. ult. supr. ubi senator. l. pernult. ff. de publicis judic. l. 1. ff. an per alium caus. appellat. Hit adde Nov.* 71. 41 *l. 12. Cod. de rei. cred.* Gail. *Cap. 1. in pract. observat. loco a fine ad curiam.* Anl.

TIT.

TIT. XXXVI.
DE FAMOSIS [1] LIBELLIS.

Qui famosum carmen de aliquo invenerit, illud pandere non debet. Salic.

1. Impp. VALENTINIANI & VALENTIS AA. Edictum.

SI quis [2] famosum libellum sive domi, sive in publico, vel quocunque loco ignarus reperierit, aut corrumpat priusquam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Si vero non statim eadem chartulas vel corruperit, vel igni consumpserit, sed vim earum manifestaverit, sciat se quasi auctorem hujus delicti capitali sententiæ subjugandum. Sane, si quis devotionis fuæ, ac salutis [3] publicæ custodiam gerit: nomen suum profiteatur [4], & quæ per famosum [libellum] perfequenda putaverit, ore proprio edicat: ita ut absque ulla trepidatione accedat, sciens [quidem,] quod si adfertionibus [suis] veri fides fuerit opitulata, laudem maximam & præmium [5] a noftra clementia consequetur: Sin vero minime hæc vera ostenderit, capitali [6] pœna plectetur. Hujusmodi autem libellus alterius opinionem non lædat. PP. 16. Kalend. Mart. *Constantinop.* VALENTINIANO & VALENTE, AA. CONSS. 365.

TIT. XXXVII.
DE ABIGEIS [7].

Crimen abigeatus sine inscriptione potest proponi. Salic.

1. Impp. HONOR. & ARCAD. AA. Pasiphilo.

ABacti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine [8] ea observatione proponitur. Dat. 8. Kal. Jan. *Mediolani*, OLYBRIO & PROMOTO [9] CONSS. 395.

TIT. XXXVIII.
DE [10] NILI [11] AGGERIBUS [12] NON RUMPENDIS [13].

Rumpentes aggeres Nili, vel ejus aquam ultra solitum occupantes concremantur: & ejus criminis participes deportantur, sine spe venia. Salic.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

SI quis posthac per Ægyptum intra [14] duodecimum [15] cubitum, fluminis Nili ultra [16] fluenta [17] de propriis ac vetustis usibus, præter fas præterque morem antiquitatis, usurpaverit: flammis eo [18] loco consumatur, in quo vetustatis reverentiam, & propemodum ipsius Imperii appetierit fecuritatem, consciis & confortibus ejus, deportatione constringendis: fic ut nunquam supplicandi eis, vel redeundi civitatem vel dignitatem vel substantiam licentia tribuatur. Dat. 10. Kal. Octobr. *Constantinop.* HONORIO VIII. THEOD. III. AA. CONSS. 409.

TIT. XXXIX.
DE [19] HIS QUI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBUS REOS OCCULTAVERINT [20].

Eadem pœna puniuntur receptatores, qua rei principales. Salic.

1. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIAN. AAA. Simplicio Vic.

EOs qui secum alieni criminis reos occultando, eum eamve fociarunt: par [21] ipsos & reos pœna expectet: & latrones [22] quisquis sciens fusceperit, & eos offerre Judicibus superfederit, fupplicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ & judicis æstimatione plectetur. PP. *Romæ*, 10. Kal. Apr. GRATIANO A. III. & EQUITIO, V. C. CONSS. 374.

2. Imp. MARTIANUS A. Palladio P. P.

SI qui latrones, seu aliis criminibus obnoxii in possessione degunt seu latitant: dominus possessionis si prætto est, aut procuratores si dominus abest, seu primates [23] possessionis ultro eos offerant: aut si scientes hoc sponte non fecerint, conveniantur a civili officio, ut tradant provinciali judicio eos qui requiruntur, sub examine judicis arguendos, & pœnas post documenta congrua fubituros. Si vero exhibere eos domini, vel procuratores aut primates [24] possessionis distulerint: tunc ad detinendos eos [adito] rectore provinciæ omnia civilia dirigantur auxilia. † Sin autem propter multitudinem forte eorum qui in prædio sunt, civile administrium fufficere non posse constiterit, & memorati audaces executoribus objecerint manus, vel alias parere distulerint: tunc judex provinciæ memor periculi sui, a viro devoto tribuno, seu primatibus militum, qui in locis sunt, auxilium postulet: ut per militarem [25] manum correpti accusati, sine damno atque læsione cujuslibet legibus offerantur, & convicti pœnas subeant competentes: non ignaro judice, quod si adversus innocentem ob aliam causam præter latronum vel aliorum nocentium investigationem, militare auxilium postulaverit, aut dispendiis affici provinciales concesserit: commotione severissima (prout tua celsitudo judicaverit) ferietur. Tribuni etiam sive primates numerorum [vel officiorum] qui in locis sunt, admoniti per literas judicis, si admiculum militare præbere noluerint, aut si ab ipsis militibus damna provincialibus inflicta fuerint: & damna & læsiones restituent, & acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illustrium magistrorum militum ferientur. † Domini etiam prædiorum, seu procuratores vel primates possessionum impunes non manebunt, si præsentes & scientes ultro non obtulerint nocentes, vel admoniti eos exhibere distulerint: nam dominus quidem possessionis dominio privabitur: procurator vero seu primates perpetuo exilio subjacebunt. † Ipsi quoque procuratori vel domino vel primatibus possessionis, si se ad comprimendam multitudinem rusticanorum sufficere non posse firmaverint, & id provinciali judicio palam fecerint: militare auxilium rectior provinciæ a tribuno vel a primatibus numeri faciet dari; si civilia non posse sufficere perspexerit. † Si vero post exhibitionem eorum, qui accusantur, innocentes eos esse, & nihil criminis admisisse patuerit: accusatores pœnam quæ in calumniatores exercenda est, subire cogantur. † Exemplo enim grave est sic latronem requirere, ut innocentibus periculum fiat. Dat. 12. Kal. Jan. *Constantinop.* MARINIANO & ASCLEPIODOTO CONSS. 423.

TIT. XL.
DE REQUIRENDIS [26] REIS.

Contra absentem de gravi crimine accusatum non fertur definitiva, sed citati non comparentis bonorum annotatio debet fieri. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Rustico.

CUm absenti reo gravia crimina intentantur, sententia [27] festinari non solet, sed adnotari [28], *ut requiratur*: non utique ad pœnam, sed ut potestas ei sit purgandi se, si poterit. Postquam vero requirendus factus intra annum redierit: si se crimine purgaverit, res arbitrio Judicis fignatas recipiat. Sin vero intra id tempus reversus, post intimationem fuam fuerit defunctus: etsi necdum se purgaverit, ad heredes proprios res transmittat. Dat. * TUSCO & BASSO CONSS. 212.

Adnotati bona intra annum non comparentis, irrevocabiliter confiscantur: & postea veniens repertus nocens, punitur, innocens vero absolvitur, non propterea bona recuperat. Salic.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium.

QUicunque ex eo die, quo reus fuerit in judicio petitus, intra annum [29] spatium noluerit adesse judicio, res ejus fisco vindicentur. Et si postea repertus, nocens fuerit deprehensus, severiori sententiæ subjugetur. Sed si argumentis evidentibus & probatione diluci-
da innocentiam fuam purgaverit, nihilominus facultates ejus penes fiscum remaneant. Dat. Id. Jan. CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

Contumax in civili causa, non notatur etiam facti infamia, contumax vero in causa criminali, adficitur infamia facti. Salic.

3. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Palladio P. P.

IN pecuniariis causis edictum contra latitantem propositum, existimationem ejus non lædit. † Criminalis vero programmatis [30] tenor hanc tantam ferat de jure censuram, ut inter reos adnotati, non tantum patrimonium debeat transferre, fed & famæ existimationem lædere. Dat. 7. Kal. Jul. *Ravennæ*, EUSTACHIO & AGRICOLA CONSS. 421.

TIT. XLI.
DE QUÆSTIONIBUS [31].

De servis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antianæ [32].

QUæstionem [33] de servis contra dominos haberi non oportet: exceptis [34] adulteriis [35] criminibus, item fraudati census [36] accusationibus, & crimine majestatis [37], quod ad salutem Principis pertinet. In cæteris autem quanquam ea, quæ servus contra dominum dixit, judicaturi sententiam formare non debeant, tamen si aliis quoque probationibus [38] fides veritatis investigetur, præferi-
ptionis invidia evanescit. † In [39] pecuniariis [40] vero causis nec [41]

1 *L. 9. C. Theod.* 34. dixi ad *Lib. 47. D.* 10. adde 60. *Eel.* 63. περὶ φλυαρῶν χαρτῶν &c. id est, de famosis libellis, hoc est, de pugillaribus, qui abjiciuntur & criminationes quorundam continent &c. 6. Harm. 9. Paul. 5. *sent.* 4. §. 6. 2 *l. 9. C. Th. h. t. Eclog. dict. loco*, cap. 1. 6. Harm. *dict. loco, versi.* ὑπόστασιν. 3. *l. Inst. de injuria. l. 5. §. 9. l. 15. §. 29. ff. de injuriis.* Paul. 5. *sent.* 4. §. 15. 17. 4 *l. 33. ff. de injur.* 5 Id enim fore expedit. *l. 18. ff. de injuriis.* 6 Dixi ad *leg. 12. tabularum, lib. 2. tit. 25. §. 3.* 7 Dixi ad *L. 47. D. 14.* 60. *Eel. 26.* 8 *Eel. d. loco. c. 4. in fin.* 18. *C. Theod. de jurisdict.* ex qua præter hanc definitam eft 8. *supr. unde vi, & l. penult. supr. de accus.* adde Cuj. 1. *obf.* 20. *in fin.* 9 Probino.

10 *L. 9. C. Theod.* 32. 11 De Nilo, vide *l. 1. §. 5. ff. de fluminib. can. Ecclesiæ* 45. *de conclusione actor.* 2. *Gen.* 2. *Dinor.* 1. Cellium Rhodiginum 14. *cap.* 29. 12 Qui & *chomata, l. 10. ff. de extraord. crim.* 13 *Curruscpendis, C. Theod. h. t.* 14 Id eft, cum incrementum Nili nondum excefferit duodecim cubitos. 15 Plin. 5. *cap.* 9. loquens de Nilo, *fuffusus*, inquit, *incrementum eft cubitorum* 16. *Minores aqua non omnia rigant, amplitores detinent tardius recedendo. Ita ferendi tempora adjuvantur, fola magnitudine relicta aliena sibi, & sterili. Utramque repudiat provincia.* In 12. cubitis (nota *causam injuriosi*) Paul. *sent.* ta. 5. 1. 14. *cubita siluriatum afferunt*, 15. *siluriatum* 17. *cubita siluriatum afferunt*, 16. *delectat. (hanc illud Ammiani* 22. de Nilo. *Eum nemo aliquando extollit cubitis altius* 16. *pafferfve egressi) Maximum incrementum fuis cubitorum* 18. *Claudius princeps, minimum quinque Dionysius bello, veluti necem Pompeji Magni fenditio quondam flumine averfante. Cum flectere aquæ, apertis mollibus administuntur.* Hæc Plinius. Visum eft & illud adjicere, Nilum augefcere Sole in Cancro, vel ut Græci 58. *Eel.* 16. τὸν Ἥλιον ἀδυσεῖν τοῖς καρκίνοις τὸν Νεῖλον αὔξεσθαι. *Græci hoc*, id eft, cum incrementum Nili nondum excefsit 12. cubitum, derivare fibique ufurpare, & hic quidem cafus diverfus eft a *l. penult. ff. de extr. criminib.* Qui contrarias leges exiftimaverunt, fixere duplices Nili ἡμέρας: unos altiffimos ad arvendam aquam Nili, ne urbes & villas obrueret: & de his quidem agi hac conftitutione: alios minores ad limum retinendum. vid. Forcat. *cap.* 14. *pænar.* 18 De ignis fupplicio, adde *l. 28. ff. de pœn. l. 9. in fin. supr. ubi causa fiscal. l. un. supr. de matricrib. quæ fe proprios fervos junxe.* 3. *supr. de maleficiis. l. un. in fin. supr. de raptu. l. un. supr. de his qui parent. vel liber. l. 2. supr. de fabr. monetar. l. 6. ff. de fugitivis. peculat. l. 8. & 2. l. 28. §. 11. 12. ff. de pœn. l. 1. instr. de immun. nemini conced. l. 9. instr. de re mil.* adde *l. 8. supr. de famos. trin. l. 3. in fin. supr. de Judæis. l. 6. §. 1. supr. de hæret. l. 6. instr. de jur. fisci.*

17 *L. 9. C. Theod.* 29. 20 Περὶ ὑποδεικτῶν τῶν ὑποδεχομένων λῃστὰς &c. co. *Eel.* 27. dixi ad *Lib.* 47. *D.* 18. 21 *l. 1. ff. h. t. l. 7. C. Theod. h. t. Eclog. d. loco cap.* 1. 22 *l. 2. C. Theod. h. t. Eel. d. loc. c.* 2. 23 Primates poffeffionis videntur effe, quibus præcipua poffeffionis cura demandata eft, licet non fint fpecialiter procuratores poffeffionis conftituti. 24 De primatibus poffeffionis, vide *supr. h. t.* 25 *l. 68. ff. de re vindicat. l. 3. ff. ne vis fiat.*

26 Dixi ad *L. 48. D.* 17. 27 *l. 1. ff. h. t. Nov.* 134. *cap.* 1. *l. 6. supr. de accus. l. 2. supr. de fent. ex pericula.* 28 An bodie adnotatio locum habeat, vid. Clar. *§. fent. §. ult. q.* 44. 29 *l. 1. §. 3. l. 2. l. 4. ff. h. t.* 30 Vid. *§. communiter. epift. progressum.*

31 Dixi ad *L. 48. D.* 18. adde *L. 9. C. Theod.* 35. *genera quæstionum.* vid. apud Cujac. *§.* Paul. *fent.* 1a. *§.* 1. 32 *Antigon.* vide Cujac. 2. *obf.* 33 Vide Cujac. *d. loc.* Goth. Hæc lex eft canonizata in *cap.* 59. *q.* 2. *& eft* Imp. *Antonini & Veri*, non *Severi, d. loc. Anl.* 34 Servus in dominum non torqueter, nifi in adulterii, vel majeftatis quæftione. Quod fi prater ea, quæ fervus depofuit, alia contra dominum probationes fint, ne tum quidem dominus torqueri debet, five depofitionem fervi, five probationes illas confideres. *Synopf. Basil.* 7. *tit.* 6. *ex lib.* 60. *tit.* 50. *c.* 22. 1. Harm. 14. *§.* 19. 35 *l. 8. §. 4. supr. de regul.* 36 *l. 1. §. 20. ff. h. t.* 37 *l. 7. §. ff. ad leg. Jul. majest.* 38 Vid. Papon. 24. *Arrest. 9. arg.* 2. 39 Servi in capitalibus caufis interrogari poffunt. Paul. *5. sent.* 16. *§.* 5. fervi in pecuniariis caufis, ne quidem inopia probationum, contra dominos torquentur. *Synopf. loi cap.* 22. 40 De differentia pecuniariæ & criminalis caufæ, vid. Cujac. 2. *observ.* 28. 41 *l. 6. in fin. §. h. t. ex inopia*, Hal. quæ lectio a Cuj. 20. *observ.* 33. probatur: reprehenditur tamen a Roberto 2. *recept.* 8.

inopia